Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



138

nobis videtur deposse: Cuius filius
est: Dicit ei David. Ait illis:
Quomodo ergo David in spiritu vo
cat eum dominum dicens: Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis.
donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum: Si ergo
David in spiritu vocat eum dominum
quomodo filius eius est: Et nemo
poterat respondere ei verbum. ne
que ausus fuit quisquam ex illa
die eum amplius interrogare

Off. Sacrificaverunt moyses aaron de
mino offerentes super illud holocaustum
et immolans victimas fecit sacrificium
respiramen in odorem suavitatis domino
deo in conspectu filiorum israel. Secreta

Oremus ut nos primum sacrificii veniam
da invenia unius summeque di
vinitatis principes efficias prae
stans: ut et tuam quodammodo
veritatem eum dignis mentibus ac
moribus assequamur. Per. Com.

Tollite hostias et introite in atria
eius adorate dominum in aula sancta eius
Ps. Gratias tibi referimus
domine sancte pater omnipotens aeterne deus
qui nos per hanc salutiferam
participationem pacificas. Per. Post. in. adventum

Ps. Os meum patet adno
chorantibus: et mens dila

tatum est. Non angustia
mur in nobis: angustiamur
autem in visceribus vestris. Eandem
autem habetis remunerationem tanquam
filiis dico dilatamini et vos:
et nolite iugum ducere cum in
fidelibus. Quae enim participatio
iustitiae cum iniquitate: Aut
quae societas lucis ad tenebras:
Quae autem concordia christi ad belial:
Aut quae pars fideli cum infideli:
Quis autem consensus templi
dei cum idolis: Vos enim estis
templum dei vivi. S. Matth.

Illo tempore: Dixit iesus parabolam
hanc. Simile factum est regnum
celorum homini: qui seminavit
bonum semen in agro suo. Cum
autem dormirent homines venit
inimicus eius et super seminavit zi
zania in medio tritici et abiit.
Cum autem crevisset herba et fructum
fecisset: tunc apparuerunt et zizania.
Accedentes autem servi patrisfamilias
dixerunt ei. Domine. nonne bonum semen seminasti in ag
ro tuo. Unde ergo habet zizania:
Et ait illis. Inimicus
homo hoc fecit. Servi autem
dixerunt ei. Vis imus et colli
gimus ea: Et ait. non. ne
forte colligentes zizania:

150